Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

rem hæc feuda tanquam eiusdem pertinentia secundum morem & obseruantiam antiquissimam transeant, cum circa feudorum successionem imprimis spectanda sit Vetus obseruantia & consuetudo per c. i. & ibi Alcuar: de feud: cognit. vt idem Paris: cl: cons: 23. n. 23. & cons: 13. n. 25. lib: 1. recte tradit, est q. ab alijs passim receptissimum.

Nec obstant ea, quæ supra dicta ~~praeter~~ ex aduerso mouentur (videlicet ex praefatione transactionis aliud colligi: eamq. infelligi rebus ita stantibus: quod in ea nihil sit actum de feudo ad Baronatum Mindelhaimensem perpetuando &c.) Nam satis ad hæc & alia in supra deductis responsum extat, & adhuc summatim id repetitur, per transactionem istam, eiusq. confirmationem, exortam inter partes controuersiam hoc modo clare sopitam fuisse, vt Vniuersitas Mindelhaimensis, quo ad titulum tantum mutationem (quem antea ex immediata Cæsarum concessione habuerat, deinceps per mediatam sub feudi concessionem retineret) de Iure suo cesserit, & postea Iris illud perpetuum sibi competens nihilominus conseruauerit ex priori

perpetua

f. pretor